



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et
Mi-||racvlis Clari, Opera**

Seuse, Heinrich

Coloniae, 1615

Praefatio in Seqventem Dialogvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38029

PRAEFATIO IN SEQUEN-
TEM DIALOGVM.

Quanta sum-
mi boni ap-
petibilitas.



Am inde ab initio hominem
ea potissimum causa ab op-
timo Deo conditum esse,
vt ipso tanquam vero &
summo bono aeterno frua-
tur, nemo est, qui nesciat.
Itaque ex ipsa quoque na-
tura non homines tantum,

Psalms. 103.

sed etiam res create omnes summum bonum appe-
tunt: quandoquidem nihil est in substantijs rerum,
quod boni illius non sit aliquatenus particeps. Ex illa
enim tanquam primario & immenso fonte in omnia
bonitatu quadam participatio deriuatur, & vt ait
Psalmodographus, aperiente ille manum suam, omnia
implebuntur bonitate. Nec potest quisquam verè
beatus aut dici aut esse, nisi quatenus illi summo ac
vero inheret vniurque bono, in quo solo mens Dei
similitudine insignita, plena perfectaque fruitur pa-
ce ac tranquillitate: à quo quanto aberat longius,
tanto fit miserior & calamitosior. Omnes igitur ex
ipsa quoque natura volumus esse beati, atque ed o-
mnium tendunt studia & conatus, videlicet vt
possint esse felices: ita alij congerendis opibus, alij
comparandis honoribus, alij perfruendis voluptati-
bus totos sese dedunt, non alia sanè ratione, ni-
si vt eiusmodi rebus adeptis, beati efficiantur. Sed
vt intelligas animos. D. E. I. capaces expleri nulla re
alia

Beatitudinē
quā cupiant
omnes.

alia, præterquam summo bono posse, animaduerte
 miseros iam dictis vanitatibus inhiantes, non solum
 ex illarum fruitione beatos & contentos non effici:
 sed quo pluribus abundant, eò maiori plures obtinen-
 di desiderio perpetim cruciari ac miserè diuexari,
 inuidere alijs, si quos cernant illis vberius affluere,
 & toto vita spatio inanissimis confici curis & angori-
 bus, satis superque vel hoc solo omnibus testatum
 reddentes, non esse in eiusmodi certam constituen-
 dam felicitatem. Et tamen dum isthæ aucupantur,
 hoc vnum spectant, vt quadam beatitudine potian-
 tur. Hic error totum ferè hominum genus occupat,
 vt vera beatitudinis neglecto fonte, cisternas ipsi si-
 bi, vt ait Propheta Hieremias, fodiant dissipatas,
 qua continere non valent aquas, dum illis ex rebus
 venantur felicitatem, in quibus felicitas nulla inest.
 O nimis deploratam humana mentis cacitatem. O
 infelicissimam humani generis conditionem, vt quæ
 à prima sua dignitate vsque ad eò degenerarit. Non
 ea sententia tam præclare à Deo conditi sumus, vt
 hisce nugis & somnijs, hisce terræ oblectamentis &
 falsis (vt ait Propheta) vanitatibus tanquam fini
 ultimo inhareamus. Non ea causa Dei Filius tot cru-
 ciatus, tot miseras, tam probrosam denique mor-
 tem perpeffus est, vt in exilio semper optemus dege-
 re. Alia tibi ò homo Deus & Dominus tuus ex omni
 aternitate, bona preparauit. Quid tibi & rebus hisce
 visibilibus? Omnia hæc tuis pedibus subiecit Deus,
 vt noueris calcanda esse, non appetenda. Cali pala-
 tia Deus tibi pollicetur, & tu terram charius ample-
 rieris?

Hier. 2.

Psalm. 39.

Psalm. 8.

ceteris? Ille ad libertatem filiorum suorum te vocat,
 & tu demonum ac carnis tuae mancipium esse mauis?
 Sic prohi dolor maxima hominum pars, malorum
 spirituum dementata praestigis, a suo auersa Condi-
 tore, in terrenarum voluptate caeno volutatur, nec
 vnquam suos attollit obtutus ad contemplanda cae-
 lestia, quibus fruendis destinata est. Quis non hanc
 hominum amentiam vel sanguineis deploret lachry-
 mis? Interim absque numero ruunt miseri in Tar-
 tara, & pro breuissimis carnis suae delicijs poenas lu-
 unt sempiternas. Redemptoris benignissimi immen-
 sa beneficia, maximè quae in assumpta natura nostra
 nobis praestitit, apud omnes ferè in obliuionem abie-
 runt, nec quisquam ea ad mentem reuocare digna-
 tur: cum tamen, vt ea nostris semper cordibus infi-
 xa haerent, Dominus Iesus corporis & sanguinis
 sui Sacramentum nobis reliquerit. Quatuor extre-
 ma, quae commemorare nos hortatur Ecclesiasticus,
 nemo penè vel tenuiter contemplatur. Denique
 quicquid salutis conducibile est, respuitur: quic-
 quid exitiale, summe appetitur. Et tamen nisi
 animum ad consideranda salutifera accommoda-
 mus, nisi ea quae salutis sunt, libenter vel ab alijs
 audiamus, vel scripta legamus, fieri non potest, vt
 salutem consequamur, perinde vt sanitatis bene-
 ficium ager assequi non potest, qui non vult oportu-
 na suo morbo remedia ab alijs discere & accipe-
 re. Certè non desunt nobis codices innumeri, qui-
 bus legendis facillè possumus ad saniozem reduci
 mentem, & in vitiorum odium ac Dei amorem ac-
 cendi.

Amentia
 quæ quæ de-
 flenda.

Quid cur Ie-
 sus nobis
 reliquerit.

Eccl. 7

PRAEFAT. INTERPRET.

tendi. Et ut alios prateriam, offertur hi nobis
 venerabilis Henrici Susonis Dialogus, brevis qui-
 dem verbis, sed sententiarum pondere grauis-
 simus, qui miro compendio luculenter explicat,
 quicquid ad beatam vitam potest esse conducibi-
 le. Habet enim praecipua quaedam nostrae salutis
 incitamenta, eaque diligenter persequitur, ut so-
 lus hic libellus, si alij desint, multorum loco esse
 queat: quem si legerè non pigeat, quamuis igna-
 rum ac rudem, quamuis durum ac desidem, quam-
 uis ingratum & auersum possit reducere ad Deum
 vitae fontem & salutis authorem. Non est opus,
 in huius libelli commendatione fusius immorari.
 Ipse se Lectori abundè probabit. Faxit Christus
 Iesus, ut tamen quandoque saluti nostra consula-
 mus, consultumque cupiamus. Multi pro dolor
 tempus suum vanis rebus addiscendis pessimè de-
 derunt, quae tamen nec meliores, nec feliciores, nec
 sapientiores eos efficiant. Ex hoc breui Opusculo,
 quisquis vult, summam potest haurire sapien-
 tiam, & tum in Dei, tum sui cognitionem haud
 vulgariter perducere. Quae cum didicerit, sapiens
 erit: quibus ignoratis, quanto plura nouerit, tan-
 to erit imperitior & indoctior. Multi multa nô-
 runt, ydemque seipsos nesciunt. Et ut poeta qui-
 dam ait, vix decimus quisque est, qui ipse sese no-
 uerit. Immo vix è centum millibus vnum reperias
 qui sese probè cognitum habeat. Quid verò pro-
 dest nôsse plurima, si te ipsum nescias? Agè ergo
 humanissime Lector, accede ad huius Dialogi le-
 ctionem

Quanta dia-
 logis sequen-
 tis utilitas.

Quam pauci
 sese nôrint.

IN SEQVENTEM DIALOGVM.

1. Coli.

Etionem, vnde discas verè ac feliciter viuere, unde veram hauries sapientiam, cui omnis ferè Philosophorum collata scientia, mera dementia comprobabitur. Stultiam enim fecit Deus scientiam huius mundi.



D. HEN.